

illo loco, causa? Iudei quidem plerique omnes atque etiam Josephus, et ex nostris, Theodosius, Cyri episcopus, ad primitiarum ceremonias pertinere rem universam existimant; et sane ei sententiae congruere videatur, quod de spoliis urbis Hai nihil sibi sumit Deus, sed universa militi permittit, quasi iustis suis contentus primi. Atqui non par ratio est in utraque victoria. Solus enim Deus hic pugnat, at illie etiam milites. Sed ista explicabuntur capite 8, ad vers. 2. Porro sanctitatem, sive rem sanctam, hic nominatam videmus, quam ante CCTI, devotam. Res enim devote, quas Graeci ἀνθέψαται et ἀνακινεῖν nominant, tam ex sunt, quae in locis sacris dicantur, quam quae adolescentes atque adolescentes. Hebrei ipsas posterioribus temporibus vocaverunt corban, et elisa duriori soni littera, corban, eadem notatione scilicet, quae Graeci ἀνθέψαται dicunt. Est enim, οὐχ, offere. Unde existat apud doctores hebreos haec iurandi, aut vovendi potius solemnis formula: Anathema, et res devota esto, quidquid illud sit, quo ego tibi prosim, aut quam tu utilitatem ex me capias. Quo voto cum quis apud aliquem usus est, quantitas ei necessitudine obligatum, atque adeo erga suum ipsius parentem, nefas esse statuunt rabbini, illo modo benefici, aut offici generi hunc juvare, ne quod Deo devotum velicit, id humanis commodis serviat. Atque haec ipsa est illa traditio, quam citat damnatus Christus apud Mattheum, et Marcum, tanquam Mosis legi adversantur, a nostris interpretibus, formula illius ignorari, adhuc parum bene, ut mihi videatur, explicata, sive Graecis, sive Latinis. Nam in syriis Evangelii dilucidior appetit sententia.

Vers. 20. — ULULABAT ITAQUE POPULUS, CUM CANERENT BUCCINIS, etc. Sensus est: In diei septimi septima circuitione, que omnium postrema fuit, cum primum sacerdotibus buccinis canere inciperet, copit populus ululare, et simul urbis menica concidebat. Illud enim: *Nam simul atque audiebat populus vocem buccinæ, ululavit populus clamore ingenti*, est per parentheses legendum, tanquam ἐπίγενος; atque explicatio superiorum verborum. Septuag. non annumerant hic quidem verba hebreas, sed sane sententiam luculentem expresserunt. Laudabamus nuper populi obedientiam, cum imperio, ut videbatur, absurdio, et penitus ridiculo, tam obtemperarent alacriter, ut vix ultima loquentis imperatoris verba expectarent, quia jussa facere inciperent. Hic autem ejusdem

predicanda fides est, quae ipsa muros prostermit, teste Apostolo. Nisi enim firmè fide apud animum suum ille statuisset, Deum quod pro miserat planè effecturum, handquādam profectò tam latè acclamatione, tanquam non sperans, atque expectans, sed in manu victoriæ habens, cœcissimè triumphum, prinsipian labentem murum vidisset. Nam et David ululare quidem jubet urbem terram, sed ab eo jam tum prospera gestas adversus Ecclesiæ Dei hostes. Cum enim dixisset: *Uultate Deo, omnis terra, canite deus nominis ejus*; mox subiicit: *Ite, considerate opera Dei, qui rem terribilem patravit contra filios Adæ*; voluerat quidem Deus, tantisper dum ipse veluti oppugnaret urbem sacræ sacerdotum vocibus, populum taciti meditatione fidem cum sancta spe apud animos suos exercere, at nunc eidem permittit, ut illius sue meditationis fructus specimen edat; et verò ipsi etiam natura taliter ferè sensum animis nostris indidit, ut interea dum rei magna euipuspiæ eventum expectamus, silentium præsternemus; verum simul atque illam evadere jam putamus, tum diutius ora confinere non possumus, sed in clamores et gesticulationes effundamus. R. Levi F. Gersono de isto ululatu populi, sic interpretatur: Visum est, inquit, Deo, ut miraculum hoc fieret cum ingente isto clamore, qui Israelites è torporis sui somno excitaret, et ad inusitatæ operis Dei magnitudinem animo expendendam vocaret. Sed adjungit insuper id, quod ridiculum mili certè videatur, vehementer istum ululatum aliquæ ex parte efficientem mirare fauise, atque adjuvassæ ad dejicienda ninenia. Magna enim vox, inquit, magno impetu aerem impellit; exterum vi occulte et divine, ut cuius precipua fuerit efficientia, miraculum esse attribuendum. Mirum existimat ille, Deum ubique in patrandis rebus illius modi inusitatæ, ut media quodammodo ad eas efficiendas appositis et commodis. Quid ut sepe verum esse fatendum est, veluti cum Elizeus jubet, ut Naaman leprosus se lavet in Jordane, cum cœci oculos curat Christus sputo cum terra mixto illitos, ablutos deinde aquis Siloe, et in multis aliis exemplis; ita alter illum miracula nulla facere usque adeo falsum est, ut medius nonnunquam, non solum alienis, sed etiam repugnantibus nature rei efficiente utatur, ut Elias, cum sacrificium faceret, victimam sinul, et ligata quæ cupiebat à ecclesiis igne vorari, largiter semel, iterum tertium perfudit aqua; et Elizens aquas, quæ si-

rillante terram afficiebat, sale injecto emendavit. Sed hæc ex multis exempla sufficiunt.

Vers. 21. — ET PERDIDERUNT QUODQUID ERAT IN URBE, A VERO AD FEMINAS, etc. Dicitum à nobis est, ad versiculum 47; quidquid ferè ad hunc locum pertinere videatur. Sed non est protectò hic silentio prætermitta; militum continua singularis, qui cum essent omnium rerum egeni, in tantâ opum copiâ, quantum credibile est fuisse in urbe omnium situ amississima, agricola bonitate uberrima, unico ab imperatore verbo jussi cum essent, non solùm manus ab omnibus rebus abstine, verum etiam alacriter omnia prorsus perditum ire potuerint, adeo ut ne in posterum quidem, per aliam occasionem, ullus ex illis lucri faciendo spes relinqueretur. Quia in re non solùm temperantis, sed fortis quoque animi specimen singulari ediderunt, addam etiam prudentis. Nam cum sapienter cogitarent, si contra imperatoris sui, atque adeo Dei, jussa rem facerent, stabilem eam et diuturnam minime esse posse; perdere quod a manu erat sustinuerunt, ut id sibi compararent, unde solidæ illæ opes provenire solent, quæ et durent, et cum felicitate etiam ad posteros transmitti possint, hoc est, verum probatum. Et quanvis innata omnibus mortalibus habendi cupiditas, temeraria animorum dominatrix, variis ipsis affectionibus, ut credibile est, et quisque de se conjecturam facere potest, oppugnaret, tamen passi non sunt, pecuniam, quæ ignavis quidem hominibus imperat, sed fortibus servit, obstaculo sibi, ad praestanda imperatori suo, quem debebant, obedientiam, esse, nimis statuentes illud Xenophontis esse verum, πρὸ δὲ τὴν εργάσιαν τοῦ ἀριστεροῦ, id est, nullum ipsa virtute melius esse ad lucra compendium.

Verum enīmvero, quando non soli illi, qui hostiliter facere aliquid potuerunt, sed etiam puerorum, feminarum, senum imbellis turba, atque adeo infantes, qui per etiam nondum peccarant, nullo discrimine jugulantur, talisque ut videbatur, crudelitas et immunitas, olim per Marcionitarum, et similis impunitas hominum ora, Dei probitatem et justitiam traduxit; atque utnam non etiam hoc nostro seculo per multorum impias cogitationes traducat, quando ora nunc magistratus auctoritas poena metu nonnulli coeret: non fuerit, opinor, alienum a propositis, ejus argumentis explicazione aeternam Dei justitiam, pro virili, hoc loco tueri: præsertim cum proximo etiam capitulo similis querela causam daturi sint filii Achæi, cum

patre, qui solus peccaverat, exusti. Deberent quidem Dei iudicia, qua nunquam non sunt aquiescissa, modesto et submisso animo ab omnibus mortalibus suscipi, neque ad multiplices caligine et errore perplexas nostras rationaciones exigunt. Nam, ut ipse apud Job, ait 39, v. 35: *Qui cum Omnipotente litigat, non em erudit; neque qui cum Deo argumentatur, ei responderet poterit.* Et proinde conditionis nostra esset, cum Job agnoscere, atque fateri, omnem operum Dei rationem longè supra intelligentiæ nostræ vim et notiōnem esse positam. Id enim esset, vel ipso Deo teste, probé de Deo loqui, et bene de ipso existimare. Sed ea est ingrati animi nostri stultitia et recordia, ut in arcana etiam illius consilia, que omnia ad generis humani salutem et commoda atque utilitates spectare certissimum est, nihil nos pudeat inquirere. Et, quod est maxime indicium, atque adeo prorsus impium, ea etiam sep̄e damnare, quando nostris rationibus non satis videntur servire. Igitur ut ad rem veniam, equidem puto, apud omnes proba opinionis homines in confessu esse, Deum à nemine peinas immorari sumere, nedum injuriæ, sed quemcumque aut morte, aut seruum aliis plectit, penes eum noxiā esse aliquam tali penā dignam; si modò unus Jesus Christus excipiatur, qui per mysterium humillimum animo venerandum, nequam autem cum aliis rebus humanis contendendum, percessus est, propter nostra, non sua sclera. Eum enim qui penas meritus non sit, condemnare, ait Sapientia 12, v. 15, alium esse censes, δέ Deus, à tuā potentia. Justitia enim capit est tua potestas, et quid dominaris omnibus, hoc ipsum facit ut parcas omnibus. Quin hoc etiam non dubitamus dixerim, Deum punire neminem, quia ea pena, cum semper ejus qui plectit, cum sep̄e etiam simul aliorum multorum utilitatem conducat. Nam sane de morte ipsa, si quod res est judicare velimus, mortalium nemo queri potest, sive maturæ, sive immaturæ, cum quidquid oritur, eā conditione ortum habeat, ut intercedat rursus; et vita ipsa gratuitum planè Dei donum sit, ac proinde quantulacunque fuerit, magne pro ea gratia illi debentur, nedum ut jure conqueri. illius possit, quocumque tempore, quæve occasione, is qui gratis dedit, rursum repeat. Ad hoc, ego quidem certè eam semper habui, habeoque de immensi Dei misericordiæ opinionem, ut putem ipsum, neminem donata semel vitæ orbare rursus, nisi tum, cum ei ut è vivis exce-

dat, expedit maximè. Qui enim omnia novit, id etiam novit, qui cujusque vitam exitus sint consequuntur.

Sed ne hoc longius persequar, de justis extat luculentum in Sapientia libro testimonium, unde argumentum de injustis, à contrario, firmum recte sumatur. Restant cetera calamitates, quibus humanum genus variis exercetur, vexaturque. Spero autem tam iniquum esse in Deum neminem, ut flagitosorum hominum querelis, si crucient, aures aquas præbeat. Orum autem qui hominum opinione probi sunt, quis, quaso, omnium tam vivit innocenter, ut in ipso nihil videat ejus opifex Deus, quod non severissimè quale animadversionis castigationeque dignum sit? ut tacem quòd ea, que istis existimat vulgus malaeccider, plerique sunt salutaria adversitia medicamenta, atque utilia exercita, per quæ illi formantur comparanturque ad pietatis disciplinam. Nam, ut ait Sapientia 3, 4: *Cum hominum opinione puniri videntur, spem habent immortalitatis plenam, et paulum castigati, magna beneficia accepti sunt.* Etenim quis non lucro depuet morbum, quo, ne naveni concederet, mox naufragio perituram, sit prohibitus? Aut quis matrem familias culpet, que charum vasecum smegmatis conspurcat, quo defrictum emaculatumque pulchritus nitet? Sed male te habent puerorum in cunis, aut matrum uinis vagientium misericordie, quas sepè perpetuum gravissimas, prius quam possint è vitâ exire. Verum illi, si sacro lavacro non sunt, ab origines humanae communis vitiis expurgari, expedita responso est. Tam enim est fœda res peccatum quodlibet, ut nullus satis digno supplicio expiari, pro Dei iustitia, queat. Sin autem per sacram *avzeyewaw* mundati sunt, tum eo dolores non facere illi Deum, ut puniat, est existimandum, sed ut et ratione, pro aeterno suo consilio et misericordia, ipsos gloriampio beet. Jam vero absurdissimum fuerit, cum laborem prece, et non, cum divo Paulo, pulchri legitimitate certaminis loco deputare, cui immensa illa Dei liberalitas immensam propositum præmia. Sed instat urgetque Carporatiensis aliquis, aut Valentinius, vel Marcionita, qui nimis liberter per execrabiliter impietatem cum effectore et parente suo litigat, Deum de se ipsum predicare, quid visitet patrum peccata in filiis, ad nepotes usque, et pronepotes, sive in tertiam et quartam generationem, unde statim hoc effici videtur, id scelus quod parentes impunè patra-

runt, puniri in filiis, aut nepotibus, hoc est, quas penas maleficiorum suorum quorundam effugerunt morte parentes, eas penas expectari à nepotibus et posteris. Ad hoc respondet Theodoreetus, acutus sane sacrarum literarum interpres et probatissimus, Deum pro sua clementia et misericordia, quæ cupit omnes homines salvos evadere, graviora supplicia minari, quā sumere solere. Itaque locutum esse, ut vel sic à flagitiis deterret eos qui filiorum suorum sunt amiantiores; nuda ergo hic spectare verba, esse irreligiosum, cum Deus contraria lege statuerit Deut. 24, v. 16: *Non debere mori filios pro parentibus, neque parentes pro filiis: sed suum cuique peccatum extitit causam esse.* Et rursus apud Ezechiel 18, v. 2, dixerit: *Quæ est vestra ista parabola, cùm dicitis: Patres nostri ederunt uanu immaturam, etc.* Paulò subiicit, idem auctor alii ratione, et, ut ait, suo iudicio, veriore, nodum expedit: Sed ego, inquit, potius opinor, eas minus, Dei erga homines amoris magnam significacionem facere, cùm illarum habeant adjunctam clausulam: *Qui me odio, habent.* Est enim hoc perinde ac si dicas: *Sustineo me à plectendo peccantes patres, atque à puniendo filios delinquentes.* Si porrò tamen etiam nepotes, atque pronepotes pertangunt majorum suorum improbatum imitari, sumo tandem supplicium. Et hanc, inquit, sententiam res ipsa comprobat. Quinta enim generatione memorantr Israelite *Egyptum* reliquisse. Jam vero horum majores, qui *Egyptiorum* Deos coluerant, neque ipsi penas dederant, neque eorum patres, aut avi, sed isti tandem qui sunt quintá generatione egressi, cum majorum suorum vestigiis impietatis insisterent, luerunt supplicium, quippe qui post tanto que acciperant beneficia, post totum miracula quæ conspicerant, non se abstinueré ab avitâ improbitate. Porro horum posteri, cum servatorem Deum amarent, iis quæ majoribus suis promissa fuerant, ipsi sunt potissimum. Hec ferè Theodoreetus, quibus etiam illa consentanea, quæ à plerisque Judeis, qui eum locum tractaverunt, scripta legi. Dicunt enim isti, differre Deum patris supplicium, si fortè resipiscat, aut probum filium gignat; at si posteritas majorum suorum vita non declinaverit, tum demum illum penas posceret, memorem eorum, quæ majores continuè serie patraru[m] maleficia. Unus tamen Nehematus alter sensit: arbitratu[m] enim parentum idolatriam, quam vocamus, luere filios, si etiam ipsi colant idola. At

in ceteris peccatis vera esse, que sunt ab Ezechiele dicta, similiter atque civiles leges minute majestatis crimen, non autem alia malitia, vindicant in filiis.

Ego vero, cum animadverto illud, *visitare scelerata patrum in filiis, etc.*, inter alia magna Dei misericordiae argumenta commemoratum esse in Exodo, non possum facere, ut non vehementer probem posteriorē Theodoreti sententiam. Sed cùm me non nihil offendat verbum, *TPD*, hoc est, vindicare, quippe quod non satis recte videtur ad dilatam procastinatamque ultionem posse extorqueri, ut existimant illi qui interpretantur, recordari (quis enim illud Isaia 27, v. 4: *In die illa visitabit Dominus gladio suo rigido, et magno, firmoque Leviathan serpentem simosum, etc.*, non sic accipiatur, ut paret, illa die penas noxiæ serpentem, non autem memorem modo illius futurum Deum?) cùm igitur illius verbi vis, qua vindicta, non autem memoria significacionem facit, refellere videatur, quod à Theodoreto acutè, et præclarè dictum est, equidem putarū ejus sententiam sic explicari posse: Deum vindicare patrum maleficia in filiis, nepotibus, pronepotibus, quia magna sepè flagitia in parentibus dissimilat, ad filios, nepotes, aut pronepotes usque, de quibus in hac viti nullus possit supplicium, nimisque expectans clementer, ut resipiscant, atque se ipsi emendent. Verum si hisdem sceleribus, et filii, et nepotes, ceterique posteri se quoque obstringere pergunt, tum demum connovere, atque exactare diutius ille non potest; sed que in majoribus impunita manere in hoc mundo, ea filii, nepotesve, aut pronepotes non impune habent. Nam ex perpetua impunitate atque incertitate, opinio facile in omnium animis nascetur, nullus Dei providentia regi mundum: quia opinio nulla possit esse ad quietam hominum vitam pestilentialiter. Hinc ergo perspicuum, opinor, evadit, primò, ad divinam pertinere misericordiam, quod majorum sceleri patienter sepè ferat, usque ad tertiam, aut quartam generationem. Quod autem tunc tandem posteris pectet, id ad providentiam ejus opinionem, planè in republikā necessariam spectare. Deinde posteros, non ipsas parentibus debitas ob sui flagitia penas pendere: eas enim hi in alterâ vitâ justissimas daturi sunt, et eò graviores, quæ tardiores; sed sui delicta luere, quæ parentum suorum delictis similia in se ipsi admisere. Etenim ita ferè est hominum iudicium, ut si quis, quod sui ma-

jores impunè fecerunt, id dum ipse quoque facit, plectatur, illico clamitet, in se non tam quod ipse, quād illi commiserunt, vindicari. Summa est, penas tandem dare filios, aut alios posteros de majorum suorum sceleribus, non quidem illi ipsi sceleribus, quorum noxia penes maiores erat; sed similibus, si simili patrem, et majorum vestigia insistant. Et hæc ratione, nisi fallor, cum Theodoreti sententia sustinetur, tūm sua verbo, *TPD*, vis atque significatio conservatur. Sed enim organum etiamnū contentiosi homines, cum qui cecidit malo, spud Joannem laborat, neque suorum parentum, neque sui peccati penas dedisse, sed illo corporis vitio fuisse affectum, ut operum Dei in ipso specimen elegeretur. Non ergo dabat illi penas noxiæ quāpiam suā dignas. Quod axioma ante à nobis positum est; sed facilis est responsio: Cæcitatem, præsertim si ab ipso ortu in sit homini, non tam penam dici debere, quād ad multa vita declinanda utile umbraculum, et latæram. Cæcias enim, eti alia nigraque discerne non potest, at bona, mala, æqua, iniqua, honesta, turpia potest: idque ad eo verum est, ut sapientes homines putaverint, impediri etiam animi aciem, in quā summa felicitatis posita est ratio, cùm in Deum intenditur; can, inquam, impediri oculorum aspecta; et Tiresiam cœcum Homerus solum sapere apud inferos finxit, cùm cætere omnes animæ umbrarum modo vagarentur. Et vero quis puniri se à Deo possit jure queri, si non perfectissimi homini partes, atque natura instrumenta omnia nascentis accepti, quando quantumcumque, id est, quod accepit, gratuitum planè hoc esse fateri debet? Sed ut rem propriis attingamus, quæ est illa inscrita, existimare, Deum illis verbis, aut cœcum, aut ejus parentes omnis peccati expertes facere, et puros, cùm ait: *Nec hic peccavi, neque parentes ejus.* Volebat ille discipulorum suorum intempestivam curiositatem, quæ de aliorum hominum peccatis inquirebant convertere ad id quod agebatur, hoc est, ut et re inaudita enib[us] œculis, atque inusitata intelligent, tum ipsi, tum ceteri homines, aeternum Dei Filium æquè pari cum Patre potentia p[ro]t[er]entem venire in mundum. Quamvis enim, et dixi, nihil unquam adversi patientur homines, de quo queri merito possint, tamen ipsis armis plerique sic uitio Deus, et non tam peccatorum pena sint, quam ut utilitatem cùm ei qui illas sustinet, tamen sep[tem] multis simul aliis, et interdum etiam reipa-

blicē afferant. Sed jam revertantur ad sacra verba, ne prolixiores quam par sit famūs.

Vers. 22. — DIXERAT AUTEM JOSUA DUORES ILLIS VIRIS, QUI SPECULATI FUERANT, etc. Utor præterit plurimū perfecto, ut grammatici loquuntur. Non enim credibile est, Josuam, captā jam urbe, grassanteque promiscua omnī cæde, sed maturē, cūm illa moneret, quā versū 17 sunt exposita, simul ista edidisse. Et recte quidem duobus illis speculatibus, ut qui remoti, abditamque in extremo quāpiam urbī angulo pauperitate mulieris domunculam soli facile inventire, atque vel ex rubro filo, quo effugium illud suam fenestrā notatam meminerant, internoscere possent. Sed nescio an non ipsi hanc sibi provinciam dari ultr̄ postularint al imperatore, cūm ad suā fidē pertinere scirent, ne sacramenta simili cūm hospiti jure violarent. Certe imperator integrērūs ipsis iusjurandū sum in memoriam reducit. Etsi enim eo quod privata dederant, imperatore aut exercitum non obligassent, tamen cūm ipsi saetē sacro nexu obstricti tenerentur, summa optimi imperatoris religio, etiam de duorum gregariorū militū suorum fide sollicita fuit. Quid si nostri seculi ductores, atque exercitum imperatores, hujusmodi exemplū sibi imitanda esse statuerent, profectō mīnūs funesta bella gererentur, quē nunc ad omnēn omnium barbarorum immunitatis speciem nihil sibi, non solum apud hostes, sed, quod est in dignissimum, apud socios, atque amicos etiam, facient reliqui. Scribit quidem Josephus Antiq. l. 5, illud speculatorum iusjurandum post imperatore, atque pontifice, reliquoque senatu approbatum, sanctimūque fuisse: quām verē, ipse viderit; mihi certe non fit verisimile, quando Josua ait: *Sicut illi iurādūt*. Non autem dicit, juravimus.

Vers. 23. — ET INGRESSI FUERANT PUIERI EXPLORATOES: EDUCERANTQUE IPSAM, etc. R. Salomon autem, exploratores מִלְאָקִים, pueros, aut, ut interpretatur Chaldaea, adolescentes aut juvenes, hoc loco, vocari, quia opus fuerit juvenili ascritatē atque agilitate ad eripiendam præticū mulierem in promiscuā ei-vitatis clade, et furore militari. At Kimhi ait, apud Hebreos omnem ministrum vocari וְאַתָּה, similiter videlicet atque Latini puerum dicunt: exploratores illos aut Josue, aut aliis viri magni famulos fuisse. Ego in re incertissima, accedere malo Salomon, cajus conjectura melior videtur. Stipula quidem fuerat. Rahab

etiam sororibus suis salutem; et tamen caru nulla hic est mentio. Existimandum igitur eas fratrum nomine intelligi, aut et quae sub-jungitur, universitatis clavisū contineri, aut denique salutem voluntatibus suis posthabuisse. In vetustissimis Commentariis que in historiam Ruth scripta, inscribuntur וְאַתָּה proditum est, R. Simeonem F. Johai dixisse, cum illam verborum complexione traharet, omnes cognationes ipsius educerant. Rahabam illa sua fide tantam esse consequentem apud Deum gratiam, ut etiam ducentos homines cognitione sibi conjunctes illa habuissent, atque illi cum ducentis alienis prosapii affilitem contractum ivissent, omnes illa familia fuerint illius gratia futura salva. Et sicut fuisse non parum multos ejus gentiles, qui se salutis causā ad ipsam receperant, conjectura admodum probabilis sum potest ex plurimi numero nominis, cognationis, sive prosapias. Itaque etiam hic luculentissimè apparēt typus imperii Josue illius nostri expressi, hoc est, Jesu Christi, cui cūm se Rahab, hoc est, Ecclesia, ut ante diximus, submisisset, mox catervatum ad eam confluenter gentes undequāque salutis causā: ante, ne duo quidem generi, hoc est, summa necessitudine devictimones, ut Roth socerum sumum maxime anchoritioris virum, sequerentur, induci potuerant, sed illum vera præmonentem, iudicis habuerant. Et Abramum suis parentis trans flumen ut comitaretur, persuasus non fuerat. Ad Rahabam autem matricularū multis nominibus contemptam, ut videbatur, et sortis infimā, atque despiciatissimā, cūm primum salutis ipsa spem ostendit, omnes, qui quidem aliquā militantis necessitate eam attinserunt, se conferunt promptissime, Porro quid Rahab extra castra cum suis collucatur, id ad religionem spectat, ut aiunt Hebrewi. Et si enim illa jamdudum Israëlitarum fidem animo colebat, ut supra audivimus, tamen solemnī professione nomen adhuc non dederat; hoc porro ob factum erit, habitabit inter Israëlitas. Haec feri Kimhi, Nemo certe Israëlitarum nesciebat, alienigenas esse Rahab, cūm suis cognationibus; an verō colere alienos Deo desisiens, et Moses legem acceperint, id non erat per vulgatum. Ad hoc, opus erat non sola fide, sed etiam sacrī ritibus initiari, priusquam in numerū populi Dei quis referretur. Nam etiā mulieres non circumcidēbantur, tamen certe est, aliis eas ceremoniis Deo, veluti dicari sole, cūm nomina ipsi imponerentur.

Castra autem sancta existimari volebat Deus, tanquam in quibus ipse medius versaretur, cūm in arcā, quasi quoddam prætorio habitat. Afferelat enim opinio præsencia illius religionem universo utilē populo, cūm putaret se quisque perpetuā in divīna maiestatis conspectu versari. Atque hujus opinionis gratia confirmanda angendaque in populū animis, instituta potissimum sunt leges illae de segregandis semovendisque à castris, quicunque essent certis morib⁹ affecti, certisque polluti sordibus, que in Numeris scriptæ sunt. Id enim aperit ostendit qua subiectio ratio, quoniam ipso Dominus in castris habitat. Eodem etiam spectat illud, quid Madianitarū cæde reverentis miles, quāvis ipsius Dei iussu patrati, septem solidos dies manere extra castra debet, neque nisi interea bis expiatus, intrō admittitur. Non ergo mirum est, si jam homines recente ab impio deorum cultu venientes removentur à castris. Accedit autem hinc alti quoque ratio, cur isti aliquantisper à sacro custo prohibendi essent. Nimurū cū re sea probe religioni dignitas conservabatur, et contra superstitionis indigentia, aut turpitudine verius declarabatur, cūm alieni ab Israëlitis ritibus sacrissimis illi, tanquam profani, à castris, quasi sacro eorum arcerentur. Neque verō dubium est, quin id animos istorum non parum userit, majoreque desiderio suscipiendo cultum veri Dei, parvumque religionem incen-dit. Similiter atque veteris Ecclesiae melior illa disciplina, lapsos, quos vocabent, admittebat quidem, verum neque cit, neque temerē, ad sui communicationē, de qua re plena sunt divi Cypriani doctrinæ Epistola. Sed dices, turbam illam Egyptiorum, que Israëlitas descendentes sequerabat, submotam à castris non esse; in quibus tamen etiam tum suam Deum præsentiam declarabat; die quidem per columnam nubis, nocte verō ignis. Verum responderet, post conditam denum, et consecratam arcam, atque designatam certam castrorum faciendorum rationem, voluisse Deum peculiariter in castris præsentem se existimari; idēque prior de castrorum sanctitate nihil fuisse constitutum. Neque verō dubium est, quin Egypti illi comites, apud montem Simeum, partim Hebreis sacrī per circumcitionem initiati sint, Deoque nomen dederint, alii deinceps à castrorum communione prorsus exclusi, atque in Egyptum rejeclti fuerint. Sed enim ex his dñicē quibus intelligere potest, quām maxime à nostrorum exercituum castris abhorre Denuo, à quibus non solum profani non submoventur; manarent enim deserta et sola; sed probrosum etiam habetur, pietatem et religionem vel verbis, vel factis ullam præ se ferre, ac non se omnis generis sceleribus magno studio contaminare. Sed quales rerum exiūs consequantur, nemo plus non videt summum cum animi dolore. Verum de his nunc hactenus; plura alibi.

Vers. 25. — ITAQUE RAHAB MERETICUM ET DOMUM PATRIS IPSUS, IN QUINGINTO ETC. Verbum וְאַתָּה rursus converti, conservavit. Sepē enim non tam vivere, quām sanum salvumque esse, cūm leniter inflectatur, significat. Sed Kimhi hoc loco interpretatur, suppeditare victimū; putat enim ille id dīcī, quod etiam Josephus Antiq. lib. 5, est opinatus, Josuam donasse mulieri possessiones, et opes, quibus se snosque aleret, atque eōdā accommodat etiam illud quod subiectū: *Manitque in Israel ad hunc usque diem*. Verum id profectō vi verbū, וְאַתָּה confici potest, ut multo etiam minus illud; quod doctores hebrei somniasse verius, quām iudicasse videtur, Josuam duxisse Rahabam uxorem; ad seminū enim propagationem pertinenti hoc verbum, cūm sit ab eo dictum nō men matris generis humani, וְאַתָּה Eva. Sed pīge adscribere, quibus deinde excusent ratio[n]ibus violatae legem, qui interdictum fuit Israëlitis Chananaeorū affinitate. Porro quid Rahab memoratur mansisse in Israele usque ad hanc diem, sic est accipendum, meo certe iudicio, quid Rahabe posteritas inter Israëlitas, etiam tum, communi iure, atque religione vivebat, quando ista historia, post aliquot cœtales, ex quo tempore res gesta fuerat, conservabatur, sive ab Esdrā ex sacris annalibus, sive alio quopiam, ut in prefatione dicebamus. At divus Augustinus, sive more, explicat, quasi Rahab sic iure communicationis israelitici donata sit, ut etiam ipsa, tum eius posteritas eo in perpetuum uti possit; neque ea dominanti liberalitas certò delinita, circumscriptaque tempore fuerit. Theodosius cum Origene ἀντίστροφα scilicet exponunt, de illo Pauli oleastro, qui oīce ramis est insitus. Quod porro sequitur, quod abscondit etiū munitos, etc., ante etiam dictum est. Sed sapientis monere non voluit Spiritus sanctus, eam fidem, quae per charitatem operosa est, salutis eternae efficientem esse. Non sans tanti fuit, viros hospites non prodidisse; vulgare enim id officium, si per se aestimetur, videri potest, eorum salutes defendisse, quam ei cōsideraverit. Verum